



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Quænam sint caussæ belli?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

Tull. lib. 1.  
eleg. 10.  
Lucan. lib. 4.  
Pharsal.

VI.

Faustus An-  
drelinus in  
Distichis.

Iob. 1. 12.

Math. 10. 30.

Apos. 12. 12.

Ierem. 47. 2.

*Quis furor est, atram bellū accerere mortem?*

*Hec miseri, qui bella gerunt!*

Tanti itaque huius mali causam alij inferis, alij superis ascribunt; putant enim Furias esse & Bellonas, veriùs dixissent, damnatos Angelos esse, qui mortales ad arma inflamment, atque ad mutuum cædem; vnde Orco infertur maxima mellis animarum, Faustus Andrelinus, Deum facit bellorum authorem, dum ita canit:

*Perfurit, & totum miscet Mars impius orbem,*

*Hec diro inuenta est ab Ioue tanta lues.*

Neque dubium est, humani generis hostem bella spirare, & quæ potest, promouere. Sed nihil ille potest, nisi ei frena laxentur è cælo. Si enim neque in vnum Iob potuit tota inferorum potentia manum extendere, nisi potestate à cælo accepta, eaque limitatâ; quanto minùs id poterit in totum aliquem populum? Si capilli capitis nostri omnes numerati sunt, nos ipsi non curabimur? si passerulus vnus non cadet super terram, sine Patre nostro, tot millia hominum in proclijs cadent, Deo ignorante? Vtrinq; ergo bella oriuntur, ex Orco, & Cælo. In Cælo decernuntur, in Orco arma cuduntur. Ita pariter & Dei imperio, & dæmonis ministerio classicum canitur. De dæmone non potest ambigi, qui

vt magnam habet iram, ita magna molitur mala, & si ei annueretur, totum genus humanum euerteret. De Deo clarè id testatur Ieremias, cum ait: *Hac dicit Dominus: Ecce aqua ascendent ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius, urbem & habitatores eius: clamabunt homines, & clamabunt omnes habitatores terra, à strepitu pompa armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis: pro aduentu dicit, in quo vastabuntur omnes Philistij, & dissipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis. Depopulatus est enim Dominus Palaestinos, reliquias insula Cappadocia. Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquia vallis earum: vsquequo concideris? & mure Domini vsquid non quiesces? ingredi in vaginam tuam, refrigerare, & sile. Quomodo quiescet, cum Dominus praeceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones, ibiq; canderis illi?*

Neque